



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

VII. Markgraf Ludwig verleiht an Reineke von Zehlendorf Hebungen aus dem Dorfe Mehrow, die zu dem Burglehne Alverichs von Schneitlingen gehörten, am 21. Mai 1327

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

VII. Markgraf Ludwig verleiht an Reineke von Zehlendorf Gebungen aus dem Dorfe Mehrow, die zu dem Burglehne Alverichs von Schneilingen gehörten, am 21. Mai 1327.

Nos Lodewicus, dei gratia brandenburgensis et lusacie marchio, comes palatinus reni, dux bawarie, sacri imperij archicamerarius, recognoscimus et in presentibus protestamur, quod discreto viro, Reynekino, dicto de cedelendorp, cui nostro de berlin eiusque heredibus legitimis, contulimus, et per presentes legitimo iure pheodi conferimus, quinque talentorum redditus sitos in villa mere, possidendos et habendos cum omni iure, commodo et libertate, sicut jdem Reynekinus ab Aluerico de Inetling, pie memorie, noscitur habuisse, non obstante, si dictus Aluericus, tales redditus, iure castrensis pheodi possederit, a quo iure et debito redditus tales presentibus duximus ex certa scientia absolvendos. Proinde dictus Reynekinus pro se et suis heredibus nobis dedit duodecim marcas argenti brand. cum dimidia in pecunia numerata, de quibus ipsum Reynekinum et suos heredes quitos dicimus, testimonio presentium litterarum, quas nostro sigillo mandauimus fideliter communiri. Presentes fuerunt, nobiles viri domini: Guntherus et vricus, comites de lindow, wernerus de arneborch, guntherus de sandow et h. balch, milites, thidericus sacerdos et h. de luchow et alij fidedigni. Datum reppin, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XX<sup>o</sup>. VII<sup>o</sup>., in ascensione eiusdem.

Nach dem im k. k. Geh. Hof- und Haus-Archive zu Wien befindlichen Originale.

VIII. Markgraf Ludwig bestätigt dem Kloster zu Spandow eine Schenkung aus der Münze zu Berlin, am 30. Dezember 1329.

In nomine domini Amen. Nos Ludewicus, dei gracia Brandenburgensis marchio etc. Recognoscimus in hiis, cupientes ad noticiam vniuersorum et singulorum deuenire, quod de maturo consilio et deliberacione prouida religiosi personis in cristo deuotis sanctimonialibus in Spandow dedimus et donauimus et per presentes damus, donamus solempni donacione proprietatem super quatuor talenta in moneta nostra Berlinensi, que Otto de Vorlande de nostra recta sciencia et consensu pleno et expresse eisdem dedit et assignauit. Volumus dictas sanctimoniales dictis quatuor talentis vti et frui fructione et possessione pacifica et quieta, renunciantes simpliciter et expresse omni iure, quod nobis aut nostris heredibus et successoribus competere in eisdem poterit, nichil utilitatis aut iuris in eis exemptum nobis referuantes. In euidentiam huius donacionis, renunciacionis, translacionis presentes dedimus nostro sigillo sigillatas. Testes ad hoc vocati sunt reuerendus pater dominus Ludewicus Brandenb. ecclesie episcopus, Guntherus Comes de Lyndo, Hinricus et Henningus de Sydow, Godekinus de Grifenberch, Wernerus de Arneborg, milites, Hinricus de Luchow, Hermannus de Arneborg, nostri Capellani, Hermannus de Redern, Hasso de Wedele cum pluribus aliis fidedignis. Datum et actum Spandow, Anno domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, sabbato infra octauas Natiuitatis domini.

Nach Hibicin's Mittheilung aus dem rathhändischen Archive zu Spandow.

Hauptst. I. Bd. XI.